Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8252
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Psalmus iudica me deus et iudica
iudicia mea de gente non sancta ab homine
iniquo et dolioso eripe me quia tu es
deus meus et fortitudo mea quare me
repulisti et quare tristis incedo dum
affligit me inimicus mea dum confringunt
ossa mea dum dicunt mihi quotidie ubi est
deus tuus quare tristis es anima mea et
quare conturbas me spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi salutare vultus
mei et deus meus

Cantica ezechie regis

Ego dixi in dimidio dierum meorum
vadam ad portas inferi quaesivi
residuum annorum meorum
dixi non videbo dominum
deum meum in terra viventium non
aspiciam hominem ultra et habitatorem
quietis generatio
mea ablata est et evoluta est
a me quasi tabernaculum pastorum
praecisa texebat
adhuc ordiri succidit me
de mane usque ad vesperam finies me
usque ad vesperam finies me
sicut pullus hirundinis sic
clamabo meditabor ut columba
attenuati sunt oculi mei
suspicientes in excelsum domine
vim patior responde
pro me quid dicam aut quid
respondebit mihi cum ipse
fecerit recogitabo tibi
omnes annos meos in amaritudine animae meae
si sic vivunt et in talibus vita
spiritus mei corripies me et vivum
facies me ecce in pace amaritudo mea
amarissima tu autem eruisti animam meam ut
non periret proiecisti post tergum omnia peccata mea quia
non infernus confitebitur tibi
neque mors laudabit te non
expectabunt qui descendunt in
lacum veritatem tuam vivens
vivens ipse confitebitur tibi sicut
et ego pater filis notam faciet
veritatem tuam domine salvum
me fac et psalmos nostros can
tabimus cunctis diebus vitae
nostrae in domo domini Gloria
patri cunctis diebus vitae meae salvos
fac nos domine. Omnes an
geli eius laudate dominum de celis
laudate dominum de celis Capitulum
Fratres iubilate deo omnis terra
Hymnus
Hymnus
Hymnus